

Johann Andreas Frommann Johann Georg Mohr

Assertiones Inaugurales De Periculo Dotis

Tubingae: Kerner, 1679

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756933080>

Druck Freier  Zugang





K. N. — 2 (145.)

1. Frommann, de commendatione.
2. Frommann, de arbitratu boni viri.
3. Frommann, de periculo datus.
4. Frommann, de innocentiae praesidio.
5. Frommann, general. et brevis notitia juris in imper. german. roma-
nu german. nunc obtinentis.
6. Frommann, de vitio sustinuitatis et rei sustinuitae constitutione.
7. Frommann, primum imperium in Bruta.
8. Frommann, hypothesis juris sarracenorum singularis.
9. Schleenstein, delinquitio in d. ammu et Eram delinquentes.
10. Slenfing, de legatorum inviolabilitate.
11. Schlichter, de institutione heredis in codicillis facta.
12. Schlichter, null, de obligatione debitoris solutionem promit-
tentis, in moneta tempore solutionis recepta, praepriis suber-
ta mutatione monetae.
13. Schloffer, de banno judaeorum.
14. Schmidel, dominium eminentis.
15. Schnaderbach de respectu parentelae.
16. Schnaderbach, de petendis ex concursu usuris.
17. Schnaderbach, an optio minoris heredis, quam vulgo vocant,
aut Käufers, tantum locus sit in allodialibus? an et in feudilibus?
bonis?
18. Schnedermann, de favore pro parte conjugum.
19. Schneider, de crimine gratiae.
20. Schneider, de incompetencia actionis pignoralis contra
tertium.

21. Schneider, de reconventione in foro clericorum in foro laicorum.
22. Schmitter, De matrimonio cum damnato ad mortem contrahendo. cum dno Gyrgoty simul pmo Bada quondam siltan mortali-
cruntan.
23. Hoorn, De sacramento Zenoniano. ad leg. IX. C. unde vlt
24. Hoorn, De prerogativa morum germaniae in concursu cum l. receptis.
25. Hoorn, De privilegiis sac. piamum causarum circa usuras in concursu creditorum
26. Hoorn, ^{ut} ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.
27. Hoorn, De expectativa ecclesiastica.
28. Hoorn, De possessione universitatis et quomodo ab eadem possideatur?
29. Hoorn et argumenta juris ΠΡΟΕΡΑΠΙΑΣ.
30. Hoorn, De iuribus uterinozum.
31. Hoorn, De hypotheca legati ⁱⁿ Radinis et passibus metalli-
cis.
32. Müller, de veritate celata.
33. Müller, de demonstratione autoris in delictis.
34. Müller, de virgine nobili necrileb. jusque jure circa
Landa.
35. Müller, de esoula racivo, num stud. Plest.
36. Müller, de foro legati contrahentis.
37. Müller, de delatione juramenti contra matrimonium.

10
3,
ASSERTIONES INAUGURALES

De
PERICULO
DOTIS.

Quas,
Jehova feliciter moderante,

Ex Decreto

Incluti Fctorum Ordinis,

PRÆSIDE

DN. JOH. ANDREA Frommann/

U. J. D. & in hac Alma Professore Publ. Cele-

berrimo, Academiæ h. t. RECTORE Magnifico,

ut & Facultatis Juridicæ DECANO maximè Spectabili,

Dn. Patrono ac Præceptore ætatem deve-
nerando,

*Pro Privilegiis Doctoralibus in utroq; Jure.
rite obtinendis*

Publicæ eruditorum ventilationi
submittit

JOHANN-GEORGIUS Mohr/

Svobaco-Francus.

IN AULA NOVA,

Ad diem Sept. Horis consuetis,

Tubingæ,

Typis excudit GREGORIUS KERNER,

Anno M. DC. LXXIX.

ASPERITONET 2 INVOCTUALIS

P E R I C U L O D O T I S

Jehova felicitet moderante

Et Deo

Jacobus Johann Orlans

Praxis

ON JOH ANDREA STONIMANN

U. D. & in hac Alma Professor Publ. Cele

berimus, Academiæ, & RECTORIS Magistris

et, scilicet, in hac Alma Professor Publ. Cele

berimus, Academiæ, & RECTORIS Magistris

et

Typ. Koenig. Joh. Valentin in Koenig. Jure

et

Publica-Industria-ventilatori

et

JOHANN GEORGES STEPHAN

et

IN ALIA NOVA

et

Tubingen

Typ. Koenig. Joh. Valentin in Koenig. Jure

et

et

CUM DEO!

Π Ρ Ο Δ Ρ Ο Μ Ο Σ.



Disputationem, ut vocant, Inauguralem, de prohibita rerum fideicommissio obnoxiarum alienatione, occasione Auth. res, quæ. *C. commun. de legat.* ante aliquot Septimanas ex commendatione gravissimi cujusdam Viri elaborandam suscepi. Verum cum in immentum tum ob materiae gravitatem, tum in foro utilitatem excresceret Papyrus, angustiâ temporis exclusus, Affertiones quasdam de PERICULO DOTIS publico sistere constitui. Quod ut feliciter succedat, Te sanctissime DEUS, ferventissimis suspiriis imploro.

THESIS I.

Periculi vox, quæ suos agnoscit Natales à pereundo, varias in jure nostro sustinet significationes: potissimas videsis, apud Beatissimum D. Lauterbachium, studiorum meorum Promotorem & nutritium, per triennium & quod excurrit, eheu! post obitum desideratissimum, in *D. ff. de peric. rer. in societ. conjug. illat. c. 1. membr. 1. §. 2. 3. 4. & seqq. in tract. synopt. ad ff. tit. commod. §. 4. n. 9. Dn. Struv. in syntagm. jur. civ. exerc. 19. thes. 31. exerc. 23. th. 59. Dn. Rebhan. in Hodogeta juris chart. 3. clim. 4. parell. 7. §. 40. Calvin. in Lexico Jurid. voc. periculum. Carol. Gustav. V. gelack in Disputatione Inaugurali Giffæ habitâ de periculi pretio. c. 2. §. 1. 2. 3. 4. Nos hic vocabulum periculi in ea, quâ ad bonorum detrimenta refertur, accipimus significatione: & latiori quidem, qua & casuale & culposum comprehendit periculum.*

II.

Periculum à Dd. triplex vulgò constituitur I. Interitûs: quando scilicet, res, aut pars ejus, incendio, vel chasmate, vel alia ratione, interit & perit, *l. 7. pr. l. 10. §. 1. ff. de peric. & commod. rei vend. §. 3. Inst. de empr. vend.* II. Deteriorationis: quando res imminuitur. *d. §. 3. l. 1. in pr. l. 4. in pr. & §. 1. ff. de peric. & commod. rei vend.* III. Amissionis: quando res evincitur, *l. 1. c. de peric. & commod. rei vend. vel confiscatur, l. 33. locat. vel surripitur, aut alio modo aufertur, ut tamen adhuc in rerum natura maneat.*

A 2

neat.

near. l. 35. §. 4. ff. de contrab. empt. Vid. B. Dn. Lauterb. in d. disp. c. 1. membr. 1. §. 12. Frantz. in comment. ad w. tit. de peric. & commod. rer. vend. num. 3. Dn. Praeses in disp. de fortuita rer. antisione.

III.

Vocabulum Dotis itidem non uno accipitur significatu. Vid. Bald. Nov. tr. de dote part. 1. Quatenus ad nuptias refertur, sumitur I. efficienter pro dotis causa s. titulo, quo in maritum transfertur, §. 40. Inst. de rer. div. & r. t. ff. pro dote. Estq; ex parte mariti, illam recipientis, onerosus, l. 20. C. de jur. dot. l. 47. pr. ff. mand. l. 19. ff. de O. & A. l. fin. §. 1. quae in fraud. cred. Respectu mulieris, pro qua quis dotem, sine pacto de eadem sibi restituendo, marito dat. vid. Lun. §. 13. C. de R. V. A. lucrativus, etiam si ea sit dotantis filia, d. l. fin. §. 1. quae in fraud. credit. ibi: quia intelligitur. Brunnem. ad l. 69. de jur. dot. n. 8. Pinell. ad l. 1. C. de bon. mar. part. 3. n. 62. Hieron. de Cavallos spec. commun. opin. contra commun. q. 73. II. Eff. citivè pro jure in re dotali marito competente, r. t. ff. & C. de jure dot. quod non nova à quinque, ab Henrico Hahnio tr. de jure rerum propositis, ac contra aliorum impugnationes à Dn. Struvio, Glæsero, & Schwenden dorffero masculè vindicatis, speciebus juris in re distincta est species: uti quidem Dn. Feltmanno in tr. de jure in re & ad rem cap. 18. nuper tractare placuit. Vid. Hahn. obs. theor. pract. ad Wes. nov. edic. tit. de don. inter vir. & uxor. circa fin. III. Objektivè pro ipsa re dotali, sive in dotem data. l. 47. ff. solut. matrim. Joh. Frid. Solis tr. de dote. arr. 1. n. 8. & seqq. quomodo dos dicitur vindicari. l. 30. C. de jure dot. item numerari. r. t. C. de dot. caut. non num. Germanicè der Frauen einbringen/ eingebrachtes/ Wittgiff/ Ehesteuer/ Braunschatt/ Ehegelt. Bocer. tract. de donat. c. 8. n. 8. Ernest. Cothm. resp. 50. n. 5. lib. 10. Quae ultima significatio hujus est loci. De varia acceptione hujus vocab. dotis. Vid. laudat. Dn. Lauterb. in comment. manuscr. ad ff. tit. de jur. dot. §. 12. Hahn. in observ. theor. pract. ad Wes. w. tit. de jur. dot. n. 2. ad verba: Dos, inquit, est jur. quoddam. Dn. Struv. synt. agm. jur. civil. exerc. 30. th. 2. Dn. Schütz. compendi. pralect. ad ff. Dn. Lauterb. tit. de jur. dot. p. 348.

IV.

In dotem item dantur res non solum corporales, l. 42. ff. de jur. dot. exque mobiles & immobiles, d. l. 42. l. fin. ff. d. r. l. 30. C. eod. Sed etiam incorporales, veluti ususfructus, l. 18. C. d. r. hereditas. l. 13. §. 10. ff. de hered. petir. Actiones & nomina, l. 2. C. de O. & A. Quae si in exigibilia ab initio fuerint, matrimonio soluto, ea maritus reddere potest, Brun-

nem.

cent. 3. dec. 82. in fin. Etiam feudum; Quod tamen non fit, nisi certis casibus: Sicut dotaturus habeat ad id consentum Domini. 2. feud. 9. §. donare. Vid. Rosenth. de feud. c. 9. n. 1. consl. 8. & 9. aut feudum licet alienari possit. 2. feud. 48. aut mulier dans de feudo sit investita 2. f. 13. & 17. Mynl. cent. 4. obs. 86. Zas. p. 9. n. 7. Sonsbec. p. 12. n. 79. & seq. Clar. in §. feudum. q. 36. n. 1. vers. secundo modo. Borcholt. c. 8. n. 39. Dummodo hoc casu non detur. I. Aestimatum. arg. l. 10. §. 4. & 5. ff. de jure dot. Glos. in 2. feud. 9. §. donare. Sonsbec. p. 12. n. 81. J. F. Solis d. l. art. 2. n. 7. quia si aestimatum daretur, dominiū in maritum perpetuo transferretur, & tanquam rem emptam, rursus alii vendere posset. 2. Cum pacto de lucro dotis. Glos. in d. §. donare. Clar. d. vers. secundo modo. Dn. Schnob. in disp. IX. th. 4. & Dn. Adrianus Baier in notis ad eandem voc. mulier autem. Dn. Struv. in hnt. jur. feud. c. 13. aph. 5. Rationes, cur hoc feudum ab uxore marito possit in dotem dari, vid. apud eundem Dn. Struv. cit. loc.

V.

Possunt in dotem dari res etiam alienæ. l. 6. §. 1. ff. de jur. dot. l. 1. C. eod. (quæ non duntaxat in casu consumptionis vel usucapionis, ut vult Freutl. vol. 2. disp. 7. th. 4. lit. C. refutatus à Bachov. ibidem. sed ipsa traditione, ex hac causa facta, fiunt dotales: Strauch. disp. 3. th. 7.) non tamen res mariti, l. 24. ff. de evict. nec quæ in rerum natura non sunt, l. 69. ff. de V. O. & quæ communi hominum commercio sunt exemptæ. §. fin. Inst. de empt. vendit. §. 2. §. 7. & seqq. Inst. de rer. divis.

VI.

Quædam res in dotem datæ sunt fungibiles & dicuntur in jure nostro quantitates. Vid. Gædd. ad l. 4. de V. S. n. 25. Vult: l. 1. disc. c. 10. Wissenb. ad 7. disp. 4. th. 5. quæ sc. natura sua ita sunt comparatæ, ut necessariò in eodem genere functionem recipiant, & una pro alia, ejusdem generis, solvi atq; sic ejusd. vice fungi, possit, sine ullo creditoris detrimento: cui tantundem proficit res in genere reddita, ac si eadem numero, quæ data est, reddita fuisset. l. 2. §. 1. de R. C. Vid. Jac. Gothofr. disp. de functione & equalitate in mutuo. pag. 41. seqq. idque, quia usu naturaliter vel civiliter consumuntur, atque postulum in specie restitui nequeunt. d. l. 2. §. 1. ff. de R. C. Et quia aestimantur, illarumque quantitas determinatur numero, pondere ac mensura, & hisce modis in commercium deducuntur, in numero, pondere ac mensura consistere dicuntur: quales sunt pecunia numerata, Baargeld, Baarschaff, vinum, frumentum, lana, linum, pannus ungemacht Wullen oder Zeinentuch, &c. B. Dn. Lanterb. d. disp. c. 4. m. 1. §. 57. Quædam verò sunt

Affertiones Inaugurales

sunt non fungibiles s. species. Illarum Dominium irrevocabiliter omnino in maritum transit, ita ut ipse generis debitor constituatur, l. 42. ff. de jur. dot. arg. l. 9. c. de pign. act. easque pro arbitrio suo possit distrahere. Joh. del Castillo de usufr. c. 4. n. 14. Covarr. pract. q. 28. n. 6. Brunn. ad l. 42. de jur. dot. n. 1. & per conseq. ad eum etiam spectat earum periculum: licet inde quaesita vi & jure societatis conjugalis ad conjugalem & communem pertineant acquistum. Joh. Lopez. de lucro mar. & ux. c. 6. n. 11. Rosenth. de feud. c. 10. concl. 5. n. 29. Cassanæ. ad Consuet. Burg. rubr. 4. §. 3. serè in fin. Nam communicatio fructuum, & similibus commodorum, non statim casuale ipsorum rerum periculum facit commune. Dn. B. Lauterb. d. disp. c. 5. §. 63. nisi hujusmodi res societatis causa perirent: tunc enim hujusmodi periculum esset commune. arg. l. 52. l. 58. §. 1. pro socio.

VII.

Res v. non fungibiles s. species in dotem dantur vel æstimatæ, vel inæstimatæ, l. 10. pr. ff. de jur. dot. Si æstimatæ, tunc fit æstimatio aut venditionis gratia, aut taxationis, eum scil. in finem, ut de rei valore, quantum nim. valeat & in præsens & in futurum, constet, ne, si aliquando æstimatio veniat præstanda, ejus incertitudo difficiles pariat lites. Dn. B. Lauterb. d. disp. c. 3. §. 42. Si res æstimata in dotem data venditionis gratia, tunc periculum sine omni dubio pertinet ad maritum, quippe qui irrevocabile habet illarum dominium & non speciei, sed quantitatis, est debitor. l. 10. pr. §. 4. l. 12. §. 1. ff. de jur. dot. l. 5. l. 10. c. eod. l. un. §. 9. c. de R. V. A. Brunn. ad d. l. 10. ff. & l. 5. c. d. jur. dot. Fab. in C. l. 5. r. 7. d. 43. n. 1. Carpz. p. 2. c. 42. def. 213. J. del Castillo de usufr. c. 4. n. 7. Petr. Barb. ad l. æstimatis. 50. sol. matr. n. 5.

VIII.

Si æstimatio facta taxationis gratia & quidem simpliciter, res quidem perit marito tanquam Domino, sed ipse tanquam ejus debitor in specie ab obligatione illius rei, uxori restituendæ, liberatur, ita ut in effectu ejus periculum pertineat ad uxorem. arg. l. 69. §. 7. de jur. dot. l. 50. ff. sol. matr. l. fin. ff. de pact. dot. junct. l. 23. de V. O. l. 1. c. sol. matr. ibi Brunnem. At si non simpliciter res taxationis gratia fuerit æstimata, sed simul tacitè vel expressè hoc actum, ut re peremta æstimatio restituatur, aliud dicendum. l. pen. §. 3. ff. solut. matrim. l. 21. c. de jur. dot. Brunnem. ad l. 1. c. solut. matrim.

IX.

Si res æstimata in dotem data hoc pacto, ut soluto matrimonio in eadem æstimatio restituatur, pactum istud adjectum operatur, ut, si res soluto matrimonio in rerum natura extet, sed deteriorata, maritus teneatur, etiam si

etiam si per levissimam ejus culpam deteriorata sit, si non extet, periculum sit mariti, et si casu perierit. *l. 18. ff. de jur. dot. & ibi Brunnem. d. l. pen. §. 3. solut. matr. Petr. Barbosa ad l. 50. solut. matrim. n. 37.*

X.

In thesibus 7. & 8. dicta procedunt, nisi dolo vel lata aut levi culpa mariti damnum sit datum. *Vid. l. 23. de R. l. l. 18. §. 1. l. 25. §. 1. sol. matr. l. 17. de jur. dot.* Vel mora res interierit, si scilicet de bito tempore non sit restituta. *l. 23. ff. de V. O. l. 12. §. 1. depos. l. 8. §. 6. de precar. c. un. x. de commod. Vinn. ad §. 2. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. n. 6. Dn. Schütz. comp. pral. ad ff. B. Dn. Lauterb. tit. commod. p. 179. vel pacto fortuitos casus in se receperit l. 9. §. 2. locat. l. 6. C. de pign. act. l. 1. C. commod. c. un. x. commod. l. 6. de pact. dot. ibi: ut ea dos, qua periculo mulieris, sit periculo mariti. Generale enim est Ulpiani responsum, semper, in stipulationibus & in ceteris contractibus, id sequimur, quod actum est, *l. 34. de R. l. & generali definitione de periculi culposi præstatione præmissa, subjicit idem in l. 23. d. r. nisi si quid nominatim convenit, vel plus, vel minus in singulis contractibus: nam hoc servabitur, quod in initio convenit. Legem enim contractus dedit. Etenim periculi præstatio non est substantiale quid, sed naturale & quidem, excepta doli præstatione. vid. l. 27. §. 3. de pact. & ibi Brunnem. & d. l. 23. de R. l. extrinsecum, quod ex partium conventionem recipit mutationem, ita ut salva contractuum & negotiorum substantia & essentiâ illi aliquid addi, aliquid detrahi possit. B. Dn. Lauterb. in d. disp. c. 2. §. 20. Frantz. in comm. ad *π. tit. de contrah. empr. n. 325. & seqq. Dn. Struy. exerc. 6. th. 24.***

XI.

Notandum tamen, si maritus pacto periculum in se recepit, quod deo ipso casum fortuitum & casuale periculum suscepisse non videatur. *l. 1. §. 35. ff. depos.* Periculo enim per conventionem recepto, non semper casuale censetur receptum. *Rauchb. 2. q. 29. B. Dn. Lauterb. in disp. c. 1. membr. 1. §. 9. in tract. synopt. ad ff. tit. commod. §. 4. n. 9. Pantzschm. lib. 1. quest. 6. Dn. Brunnem, ad l. 1. §. 6. depos. n. 8.*

XII.

Dotis datio marito seu ab uxore, seu ab ejus patre, seu ab extraneo simpliciter, sine conventionem de restituendo, facta, non est contractus uti vult. *Bach. ad Wes. tit. de spons. n. 1. & §. 1. n. 2. Rittersh. ad Nov. p. 9. c. 10. n. 49. Bocer. ad l. 23. ff. de R. l. c. 4. n. 99.* Licet res ibi detur & accipiens illam restituere teneatur: quia hoc ab initio inter partes non est actum & illa aliam ob causam est data. *l. un. §. 1. & 2. junct. §. 13. C. de R. uxor. act.*
B. Dn.

B. Dn. Lauterb. in *disp. de arrha. th. 22.* Hahn. in *obs. ad Wes. π. tit. de jure dot. ad verba, constituitur solo consensu.* Biccus in *Jur. sect. 4. th. 24.* Dn. J. O. Tabor in *elem. jurispr. meth. p. 3. sect. 4. th. 22. in scholis* Ubique enim non ab initio adest verus contrahendi & obligationem constituendi consensus, ibi non est verus contractus. Vultej. *Jurispr. Rom. l. a. c. 30.* J. O. Tabor *d. l. th. 12.* Stipulatio tamen de dote uxori, aut ejus heredibus, aut patri ejus, soluto matrimonio restituenda, à jure tunc facta fingitur: quæ licet suâ naturâ alias stricti juris negotium est, in hoc tamen casu bonæ fidei negociis annumeratur: quia actio ex stipulatu de dote, marito ita data, repetenda, in locum sublata rei uxoriæ actionis à Justiniano substituta, b. f. facta, §. 29. *Inst. de act. l. un. §. 2. C. de R. V. A.* & secundum hanc actionum naturam æstimari solet. *l. 23. de R. L. l. 5. §. 2. l. 18. ff. commod.* Maritus itaque in rebus in dotem datis, (cum utriusque hic subsit utilitas) levem culpam præstat. *l. 18. §. 1. l. 25. §. 1. l. 24. §. 5. solut. matrim.* ita tamen, ut si in suis rebus sit diligentissimus, eandem diligentiam gradum & dotalibus adhibere debeat. *l. 17. pr. de jur. dot.* Dn. Hahn. ad *Wesend. π.* ad verba: *Neque enim periculum.* Delrio in *r. pet. l. 23. de R. I. c. 12. rubr. etymologica Interpr.* Dn. Lauterb. *π. commed. §. 4. n. 5.*

XIII.

In dubio si non constat, an taxationis, an venditionis gratia, æstimatio rerum dotalium sit facta, intentione venditionis, constituendæ facta censetur. *l. 5. l. 10. C. de jur. dot. l. 10. §. 4. l. 14. 15. 16. ff. eod. l. un. §. 9. de R. V. A.* Molin. *de just. & jur. tr. 2. disp. 426. n. 7.* Mantica *l. 12. tit. 28. n. 31.* Carpz. *p. 3. constit. 23. def. 26.* Brunnem. *ad d. l. 10. ff. n. 2.* & *l. 5. C. de jur. dot. in fin.* Frantz. *tr. de laudem. c. 22. n. 24.* & *segg.* Dn. Lauterb. *π. de æstim. contr. §. 2. th. 14.* nisi ex intervallo, & matrimonio jam consummato, facta: tum enim tantum taxationis gratia, ad conservandam inter liberos æqualitatem, (cujus favor ex primæ filiæ dotatione, nisi interim in facultatibus mutatio facta, sequentibus jus, eandem quam primogenita accepit, dotem petendi tribuit. Vid. Brunnem. *ad l. 97. de jur. dot. & ad l. 95. §. 2. de sol. & cent. s. dec. 27. Mev. p. 2. dec. 118. cons. p. 3. dec. 265. seg.*) & commode instituendam divisionem facta intelligitur. *l. 3. C. comm. div. Carpz. d. c. def. 27.* & *lib. 1. Resp. 106. n. 3. Mev. ad Jus Lub. lib. 1. tit. 5. art. 8. n. 13.* Et quamvis regulariter rei, æstimato in dotem datæ, venditio sit: liberis tamen potius jus, quam creditoribus, competere, tradit *per l. 30. C. de jur. dot.* Brunnem. *cent. 3. dec. 37. in fin.*

XIX

Sed, quid juris: si res dotalis æstimata, ea æstimazione, quæ emptionem efficit, ante nuptias periciunt? Resp. quod mulieris sit periculum. Est enim venditio conditionalis: Pendente autem conditione mors contingens extinguit venditionem. *l. 10. §. 5. ff. de jur. dot. l. 8. pr. ff. de perie. & commod. rei vend.* Delrio in *repetit. l. 23. de R. I. c. 12. rubr. Pragmatica interpretatio.*

XV.


Si species inæstimata in dotem sunt datæ, pertinet illarum periculum in effectum etiam ad uxorem & maritus, tanquam debitor speciei, casuali illius interitu liberatur. *l. 10. pr. & §. 1. l. 12. §. 1. v. ceterum. ff. de jur. dot.* Carpz. *p. 2. const. 42. def. 19.* & *20.*


Et tantum hac vice de Periculo Dotis dixisse sufficiat. Angustiâ temporis hic calamum sistere jubet.

Tibi, eterne D E V S, sit laus Gloria & Honor.

38. Hüller, de compet. fore violantium privilegium caes. de non
appellando.

39. Hüller, de radiis duae positionum ex vario jure variaram.







Medici, constituti, juxta ANTHON. FA
Cod. L. 9. Tit. 29. Def. 10. vocantur Clari
KLOCK. Vol. 3. Conf. 144. n. 17. æquiparantur
bilibus, TIRAQUELL. De Nobilitat. c. 26. no
cuntur de Rep. optimè meriti. GOTHMANN
Acad. 14. n. 17. & meliorem ducere vitam, q
Religiosi & Prædicatores. CARPZ. Lib. 3. Res
Sed non omnes, quibus Advocati nomen trib
his insigniri merentur titulis, non dicam d
qui, wan sie nur ein supplicatum auffsehen kö
statim à partibus dicuntur Advocati, rectius, S
basen / Gatmetiers, sed de illis tantum qui
merum Advocatorum quidem recepti, suo
munere non recte funguntur. Temporis &
larum angustia non permittit, accuratè om
censere, multo minus pertractare, quænam ad
um boni, & de Rep. bene meriti Advocati req
tur, binis quædam dicam: Advocatus, ante
causam defendendam suscipit, fundament
probe examinare debet, si enim quam scit in
suscepit, aut quam in progressu talem esse r
nec deserit, non est, nisi in malo sensu, Clar
non optimè sed pessimè de Rep. meritis, co
tiam vulneravit, litigantium pecuniam in
damnum, sui verò commodum perdidit; S
in causa quantumvis justa, titulos superius ad
merentur Advocati, qui causam non fidelit
tractant, sed bursæ, non conscientie habent
nem, quo fine tot aliquando petuntur dil
nisi ad protelandam litem, da bekömpft d
Advocatus vor eine Frist - Bitte 168. abused

